feruida niuem intrat et vltra nō ap-
paret. Item locus a q̄plurib⁹ causa
deuocionis et delectacionis visitatur
et etiā per grām dei. In honore san-
cti anthonij mlte infirmitates ex ipo
fonticulo sanant̄. Naz ex specialib⁹
p̄cibus ex rupe creditur fonticulus
effluisse et etiā bene patet qz nō vi-
detur plus fluxisse nisi ad habitacu
lum sancti anthonij et ortum suū ir-
rigasse. De alijs egipti nobilitatib⁹
et fertilitatib⁹ et amenitatib⁹ longū
esset enarrare. sed inter omnia oues
et capre et huiusmodi bis in anno
fetum et pro maiori parte duplicem
faciunt.

De ciuitate damiata que edissen
vocabatur.

Item in egipto tres maxime ciuita-
tes super fluuiū nyli situate babilo-
nia noua alexandria et damiata. Et
hec ciuitas damiata olim rages dice-
batur postea edissen vocabatur sed
nunc damiata vocatur. Ad hanc ci-
uitatem misit thobias filium suū ad
gabellum. In hac ciuitate caput san
cti iohannis fuit absconsū et reper-
tum. In hac etiam ciuitate quondā
corpus sancti Thome apostoli quie-
uit et deus per eum multa miracula
faciebat. In hac etiam ciuitate fuit
epistola quā de⁹ misit abagaro regi
illi⁹ ciuitatis ob quā in ciuitate nlls
hereticus seu infidelis per longū tem-
pus morari poterat sed postmodum
peccatis exigentib⁹ ciuitas erat pro
phanata et sic omnia ad nichilū fuit
redacta quasi. uunc autē ciuitas de
nylo infra terram est plus translata
Nam per sanctum Ludowicum re-
gem francorum et alios xp̄ianos mlt
tociens fuit recuperata et sic sarrace
nis ablata. s̄ sanct⁹ Ludowic⁹ ibidē
fuit captus et pro ipsius redempcio-
ne restituta est sarracenis. Et qz sar-
raceni audierant q̄ nisi xp̄iani in ci-
uitate habitare vel morari poterant
ciuitatem ex inuidia ad alium locū
transtulerunt. Nunc in ciuitate pro
maiori parte degūt piscatores et ibi
dem q̄plurimi cum nauibus conue-
niunt mercatores pisces in maxima
quantitate et optimo foro ementes
q̄ per totā terrā deportant̄ mlta etiā
de hac ciuitate legunt̄ mirabilia ꝛc.

De monte synai.

Sed vt redeam ad ꝓpositū de
terra scz alkaris et babilo-
nia ꝓcedendo peruenitur ad
montē synai in duodecim dietis qua
rū sex transeunt̄ per viam quam iam
narraui et bene inhabitatam et sex
dieb⁹ transitur per desertum et in ca
melis et bestijs omnia necessaria pa-
nem vinum aquā carnes et specialit̄
mattas in quib⁹ denocte quiescunt.
Et est sciendum q̄ cameli quotidie
transeuntes quotidie omnes dietas
et loca apta p̄cise sciūt. et dū ad ipa
loca peruenīūt et vespere ruinādo se
super terram ponūt et vltra nō ꝓce-
dūt signantes ibidē esse rectā dietam
et locū q̄escendi aptatū et tūc ibidē
pane et spinea et hmōi cameli pabu
lant̄. Nā camelus de facili cōtentat̄
et vix semel in triduo bibit. et si s̄m
grossitudinē ei⁹ debet pabulari nul-
lus per desertū cū ipis transire pos-
set. ipo deserto pertrāsito peruenit̄ ad
mare rubrū. Et est sciendū q̄ deser-
tū nō est aliud nisi terra sabulosa et
salsa et ex salis ardore aridissima ac

montes ac rupes ei⁹ salsissime et ali-
qd̄ viridū in ipo nō reperit̄ tamen de-
sertū in omnib⁹ locis suis nō ē eque
aridū. Sed valde mirandū est q̄ li-
cet montes et rupes eius sūt salse tn̄
fontes effluentes sunt dulcissimi ad
bibendū optimi et iuxta hos fonti-
culos sūt gramina et herbe et hmōi
virida. et iuxta eos etiā reperiunt̄ se-
pe vestigia leonū et draconū et alio-
rū animaliū nociuorū et specialit̄ le-
porū. Hoc deserto trāsito in sex die-
bus peruenit̄ ad mare rubrū vt dixi
de babilonia veniendo.

¶ De mari rubro.

Mare rubrū optimos hab⁹ pi-
sces et in maxima quantate
et eius aqua nō est rubea si
terra eius et fundus eius est rubeus
et desuper existenti aqua super fun-
dum apparet rubea sed a longe eius-
dē coloris vt alia aqua cōspicit̄ ita q̄
denarius in fundo vltra viginti sta-
dia videri posset aperte et tūc ꝓpter
fundū rubeū et claritatē aque appa-
ret vt vinū rubeū clarissimū et in ei⁹
littore mlti choralli et lapides p̄cio-
si et mlta alia pulchra reperiunt̄ ele-
cta. et est mare rubrū in arabia situ
et tota terra arabia ē rubea ꝓpt̄ cui⁹
rubedinē oīa crescencia in ea et nata
exceptis hoīb⁹ sūt rubea ꝓpterea au-
rū optimū ī modū radicū tenuissima-
rū reperitur. Similit̄ in mari rubro
sūt insule quib⁹ ligna rubea diuersi
mode crescūt inter que specialiter li-
gnū brūselinū qd̄ p̄silien holtz dicit̄.
Mare rubrū nō est magnū neq⁹ latū
figura triangulari formatum et in lo-
co q̄ filij isrl̄ transierūt vix q̄tuor vel
quinq⁹ miliaria est latuz. In mari ru-
bro ē quoddā castruz soldani in quo
nobiles captiui xp̄iani detinent̄. etiā
ab hoc castro custodit̄ ne aliquis la-
tinus vel scismaticus vl̄ aliquis ab
illa parte maris transeat in indiā. ne
de statu et strennuitate hoīm parciū
transmarinarū p̄sbitero johanni refe-
rant vl̄ litteras portent ne facilit̄ per
mare rubruz in occeanū et in indiam
nauigaret̄. sed illud castruz nō obsta-
ret sed indij et mercatores orienta-
les trāsire poterūt quotiens volunt
tamen ipi et dn̄i qui per mare rubrū
nauigant p̄sbitero johanni de omni
statu partium orientalium noua de-
mandant. Hui⁹ castri habitatores
faciunt semper retia magna d̄ cordis
et in mare rubrum ꝓiciunt et choral-
li qui in modum herbarum crescunt
cōnectere se retib⁹ permittūt et vltra
dimidium annum cum chorallis in-
numerabilib⁹ et nobilissimis extra-
hunt et magnum lucrū inde acqui-
runt et q̄pplurima ad illud mare ru-
brum p̄ciosa de india veniunt merci-
monia et tunc per illud brachiū ma-
ris qd̄ ex mari rubro effluit et ꝑ ny-
lum vndiq⁹ deportantur. Et vt dixi
eundo sic peruenit̄ ad locum vbi filij
israhel per mare trāsierunt egipcijs
ipis sequentib⁹ et sic eundo rara et
paria in littore reperiunt̄.

¶ De fonte Marach.

Et sic multis montibus reli-
ctis et alijs mirabilibus vi-
sis peruenitur ad fontem ma-
rach vbi in transitu filiorum israhel
aque erant amare et iniectione ligni
nutu dei dulces sunt facte.

¶ De .lxx. palmis in helym.